

CONRADVS EPISCOPVS OSNABVRGENSIS.



Conradus ex nobili familia de Depffholt na-  
tus, ob uitæ integratatem Episcopus Osna-  
burgensis electus fuit, eo tempore cum Basiliense  
Concilium inchoaretur. erat autem tum episco-  
patus ille plurimū turbatus, atq; multa loca ab  
ea Ecclesia abalienata. Itaq; Conradus partim sua  
prudentia, partim armis labascentem eius Eccle-  
siæ statum egregiè restituit, plurima loca recepit,  
atq; cōtra aduersarios fortiter defendit. Sicq; tan-  
dem factum ut ad uberem senectā magna gloria  
huic loco prefuerit, atq; successorib. multō excel-  
lentiorē & dītiorem, q; ipse acceperit, reliqu erit.  
Fuit is primus Episcopatus à Carolo Magno in  
Saxonía erectus, atq; S. Vuihon eius loci presul constitutus. eius successores,  
quantum fieri potest, ex Crantzij Metropoli subīciemus.